

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1332 bis 1380

Witte, Hans

Straßburg, 1896

1368 - 1370

[urn:nbn:de:bsz:31-326758](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326758)

881. Bischof Johann [III] an meister und rat: Heintze Erlech sein schult-
heisz zu Ulme ist von Straszburger bürgern, als er aus der stadt wieder heim
reiten wollte, überfallen. Bittet, Heintze von den bürgern recht zu verschaffen.
Dazu sind etliche bürger bewaffnet nachts in seinem dorfe zû Ulme eingebrochen
und haben seine leute gefangen. Endlich haben sie zu bürgern empfangen «Cüntze
Gewerensüne von Reynicheim und andere, die doch unser und unserre stift eygin-
lûte sint, daz nût me beschehen ist, wand nieman keinen eygin man fri mag
gemachen». Er bittet in all diesen fällen um sein recht auf grund ihres bünd-
nisses und ihrer freundschaft. «Datum Benefelt feria quarta post festum corporis
Christi».

[1368¹—1370 Juni 19] Benfeld. 10

Str. St. A. AA 1401 nr. 14. or. ch. lit. cl. e. sig. in v. impr. del.

882. Das Straßburger Domkapitel trifft Bestimmungen über Pfründenterleihung
und Vergebung von Aemtern. 1370 Juni 20.

Nos Johannes de Kyburg . . prepositus, Johannes de Ohsenstein . . decanus
totumque capitulum ecclesie Argentinensis notum facimus tenore presencium universis, 15
quod tum frequens et inportuna quorundam petitio nos induxit et allexit ad hoc,
quod quibusdam personis tam clericis quam laycis prebendas antiquas in pane et
vino consistentes, sicut ab antiquo canonicis prebendatis ecclesie Argentinensis
ministrari consuevit, ad vitam earundem personarum duximus concedendas de
communibus redditibus et proventibus nostris. Unde nos hujusmodi concessiones in 20
detrimentum prebendarum nostrarum vergere posse formidantes, idcirco de consensu,
auctoritate et approbatione reverendi in Christo patris domini Johannis dei gracia
episcopi Argentinensis statuimus et ordinamus, quod hujusmodi concessiones pre-
bendarum vel eciam aliorum reddituum in vino, pane vel frumento consistencium de 25
cetero non fiant nec eciam concedantur per decanum et capitulum ecclesie nostre
supradicte. Insuper statuimus et ordinamus, quod officia judiciorum secularium
seu eciam officialium secularium civitatis et dyocesis Argentinensis nulli deinceps
perpetuo vel eciam post obitum officii alteri persone cuicumque, antequam de facto
et de jure vacent, perpetuentur seu etiam sigillentur sub sigillo nostri capituli 30
quovis modo. Volentes hujusmodi statuta inter alia nostra et ecclesie nostre statuta
annotari et scribi et ut firmiter observentur statuta hujusmodi preacta, nos omnes
et singuli ad sancta dei ewangelia juravimus prescripta perpetuo nos servaturos. Et
nos Johannes dei gracia . . episcopus Argentinensis, quia premissa de consensu,
auctoritate et approbatione nostra processerunt, idcirco ad robor premissorum
sigillum nostrum episcopale presentibus duximus appendendum. In quorum testi- 35
monium sigilla decani et capituli nostre ecclesie Argentinensis presentibus etiam
sunt appensa. Acta sunt hec 12 kalendas julii anno domini millesimo trecentesimo
septuagesimo.

Str. Bez. A. G 2719. or. mb. e. 3 sig. pend., quorum 1 (cap.) del.

¹ 1368 Mai 20 hatten Bischof Johann III und Straßburg sich verbündet und bezüglich der Aus- 40
bürger geeinigt. Vergl. nr. 785 u. 786.

